



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita sancti Ioannis, Et de spelunca Sapsas. Capvt I.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

suauolentiam, & utilitatem, quā ex eo legentes  
cipient. Virtus enim, vite, morumq; honestas est,  
ad quam non sola diuinarum rerum meditatio,  
fidesq; recta ducit, verum & aliorum cōuersatio,  
vitaq; virtutibus plena in scriptis tradita. Quo-  
circa hoc mihi negotium assumpsi confidens in  
Domino, fili charissime, idq; vestræ charitati per-  
suasum esse cupiens, quia apud in morem, vultu  
quaq; ac vera profectus, sanctorum patrum ro-  
tē facta pro animarum lucro descripsi.

*Vita sancti senis Ioannis, Et de spelunca Sapsa.*

## C A P V T I.

**E**RAT Senex quidam habitās in monasterio  
Abbatīs Eustorgij, Ioannes nomine, quem  
sanctus Elias Archiepiscopus Hierosolymor-  
um voluit Ducem monasterij constituere. Ille  
vero non acquiescebat dicens: In montem Sina  
orationis causa pergere volo. Archiepiscopus au-  
tem cogebat eum, vt prius Abbas fieret, & postea  
pergeret, quō vellet. Cum verō senex nō acquie-  
ceret, dimisit eum spondentem, se, postquam re-  
uersus esset, suscepturum regiminis curam. Et ita,  
salutato Archiepiscopo, iter arripuit, vt ad Sinā  
montem proficisceretur, assumpto secum & disci-  
pulo suo. Transuadatoq; Iordane fluuio, cūm vit  
vno lapide processissent, cæpit senior rigore de-  
tineri, ac post paululum inuasit eū febris. Cū verō  
in tantū excreceret ardor febris, vt ambulare nō  
posset, inuenerunt spelūcam paruulam, in quam  
ingressi sunt vt requiescerēt. Cū verō febris i-  
ta inualesceret, vt se vix mouere posset, in ipsa spe-  
lunca tres dies commorati sunt. Tum senex in so-  
mnia

mnis aspexit quendam astantem sibi, & dicentē  
 Dic senex, Quò ire vis? Respondit: In montem Si-  
 na. Dicit ei: Ne, quæso, ne recedas hinc. Cum verò  
 seni id persuadere non posset, abscessit. Febris ve-  
 rò seni acius infesta erat. Rursus nocte sequenti  
 idem seni astitit eodem habitu, & ait: Quid, se-  
 nior, affligi vis: Audi me, & nusquam hinc pro-  
 ficearis. Ait illi senex: Tu quis nam es? Respon-  
 dit is qui apparuerat: Ego <sup>1</sup> sum Ioannes Bapti-  
 sta; & ideo tibi iubeo, vt nusquam recedas. Nam  
 spelunca ista breuis, maior est monte Sina. Quip-  
 pe in hanc sapius Dominus noster Iesus, cum me  
 visitaret, ingressus est. Pollicere ergò mihi, quòd  
 hic habitabis, & ego mox tibi <sup>2</sup> sanitatem resti-  
 tuo. Quod senex audiens, libenter spondit, se  
 in eadem spelunca permansurum. Et continuo  
 sanus effectus, perseveravit ibidem toto vitæ suæ  
 tempore. Speluncam verò illam fecit Ecclesiam,  
 congregavitq; fratres. Appellatur autem locus ille  
 Sapsa.

<sup>1</sup> Si Sancti apparent hominibus, non sunt mortui, vt qui-  
 dam dicunt, sed maxime coram Deo viuunt.

<sup>2</sup> Et ego mox tibi sanitatem restituo. Vides, quòd Sancti  
 in virtute Dei miracula faciunt, & sanitates cōferunt.

*De sene, Qui in propria spelunca pascebat Leones.*

## CAPVT II.

VIT in eodem loco Sapsa, commorās in spe-  
 leo senex alius tantæ virtutis, vt leones secū  
 in eadem spelunca susciperet, atq; cibum eis  
 in suo sinu præberet.

*Vita Cononis presbyteri Monasterij Penthucula.*

## CAPVT III.

CVM in monasterium sancti patris nostri  
 Sabæ profecti fuisset ad Abbatem Atha-  
 nasia